

APPENDIX

[I; pls 1–15] Edward rex. Ubi Harold dux Anglorum et sui milites equitant ad Bosham: ecclesia. Hic Harold mare navigavit, et velis vento plenis venit in terram Widonis comitis. Harold. Hic apprehendit Wido Haroldum, et duxit eum ad Belrem et ibi eum tenuit. Ubi Harold et Wido parabolant. Ubi nuntii Willelmi ducis venerunt ad Widonem. Tuold. Nuntii Willelmi. +Hic venit nuntius ad Wilgelmum ducem. Hic Wido adduxit Haroldum ad Wilgelmum Normannorum ducem.

[II; pls 15–30] Hic dux Wilgelm cum Haroldo venit ad palatium suum. Ubi unus clericus et Ælfgyva . . . Hic Willem dux et exercitus eius venerunt ad montem Michaelis, et hic transierunt flumen Cosnonis. Hic Harold dux trahebat eos de arena; et venerunt ad Dol, et Conan fuga vertit. Rednes. Hic milites Willelmi ducis pugnant contra Dinantes, et Cunan claves porrexit. Hic Willelm dedit Haroldo arma. Hic²⁸ Willelm venit Bagias. Ubi Harold sacramentum fecit Willelmo duci. Hic Harold dux reversus est ad Anglicam terram, et venit ad Edwardu[m]²⁹ regem. Hic portatur corpus Eadwardi regis ad ecclesiam sancti Petri Apostoli.

[III; pls 30–39] Hic Eadwardus rex in lecto alloquitur fideles; et hic defunctus est. Hic dederunt Haroldo coronam regis: hic residet Harold rex Anglorum. Stigant archiepiscopus. Isti mirant stellam. Harold. Hic navis Anglica venit in terram Willelmi ducis. Hic Willelm dux iussit naves edificare. Hic trahuntur naves ad mare. Isti portant armas ad naves, et hic trahunt carrum cum vino et armis.

[IV; pls 39–47] +Hic Willelm dux in magno navigio mare transivit et venit ad Pevenesæ. Hic exeunt caballi de navibus; et hic milites festinaverunt Hestinga ut cibum raperentur. Hic est Wadard. Hic coquitur caro, et hic ministraverunt ministri.

[V; pls 47–53] Hic fecerunt prandium, et hic episcopus cibum et potum benedicit: Odo episcopus. Willelm. Rotbert. Iste iussit ut foderetur castellum at Hestengaceastra. Hic nunciatum est Willelmo de Harold. Hic domus incenditur. Hic milites exierunt de Hestenga et venerunt

[VI; pls 53–60] ad prelium contra Haroldum rege[m]. Hic Willelm dux interrogat Vital si vidisset exercitum Haroldi. Iste nunciat Haroldum regem de exercitu Wilelmi³⁰ ducis. Hic Willelm dux alloquitur suis militibus ut prepararent se viriliter et sapienter ad prelium contra Anglorum

[VII; pls 60–68] exercitum. Hic ceciderunt Lewine et Gyrrh, fratres Haroldi regis. Hic ceciderunt simul Angli et Franci in prelio. Hic Odo episcopus, baculum tenens, confortat pueros. Hic est dux Wilelm.³¹ E[usta]cius. Hic

[VIII; pls 68–73] Franci pugnant, et ceciderunt qui erant cum Haroldo. Hic Harold rex interfectus est, et fuga verterunt Angli.

²⁸ HIE.

²⁹ The nasal bar is lacking, *pace BT*, 172.

³⁰ The *e* of WILELMI is incomplete.

³¹ Rather than WILELMUS as transcribed by *BT*, 173 (and Wormald, 192).